

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

SOLVCI=

ANI SAMOSATENSIS

LIBELLVS DE NON CRE-

dendo Calumniae, ut elegantiſſ. ita uti-

liſſ. interprete Rumoldo Ste-

nemola Machili-

nensi.

Dialogi aliquot Lucianici carmine
Latino redditi, per Nicolaū Grudiū
Hadrianum Mariū, & Ioēm Scđm
Hagien. quos uersa pagella indicat.


Cum gratia & priuilegio.



229 A. 33

DIALOGI ALIQVOT LATINE REDDITI
Promethei et Iouis per Nicolaum Grudium
Cupidinis et Iouis per Hadrianum Marium Machili
niensem
Veneris et Luna per eundem
Paris et Mercurij per eundem
Doridis et Galateae per Ioannem secundum Hagiensem
Polyphei et Neptuni per eundem

Tragoedia Luciani cui titulus est, Podagra, a quodam
Greco Latineq; eruditio, versibus redditia



IOANNIS Secundi Hagiensis τετράσιχον

Qua struit innocue rabios a Calumnia vite
Mille cupis fraudes noscere mille dolos.
Perlege quod media Rumoldus ab Hellade sumptu
Nobile Palladie transtulit artis opus

Lectori.

Si iurat à gravibus distinctum ludere curis,
Me lege, Lector erit lectio grata Vale.

ORNATISS. ATQVE EXCELLEN-
TISS. IVRECONSVLTO. D. NICOLAO
Euerardi Magni consilij apud Macibilini-
enses Praesidi longè digniss.D.
suo in primis honorando,
Rumoldus Stene-
mola.S.d.



VLGO celeberrimus est Mimus ille
publianus, beneficium sepe dare, doce-
re est reddere, itaque multa tua in me
beneficia Praeses ornatiſſ. follicitū ſcu-
pe me habuerunt, atq; etiamnum habent, quo nam pa-
eto si non reddere beneficium, ſaltem ingratitudinis
notam apud te effugre poſſem, qua notatus non ſum
plici, ſed uario ac multiplici infamie charactere inſu-
gnitus eſt, dixeris enim (ut ait idem Mimographus)
uniuersa maledicta, cum ingratum hominem dixeris,
proinde ſepe meipſum euolui, pennasq; meas explicui
diſpiciens qua ratione grati erga te animi ſpecimen
aliquod prebere poſſem, ſed exauſis atq; euolutis ſin-
gulis, nibil in rebus meis inuenio, quod Amplitudini tue
repondeat, ſiue fortunam, ſiue ingenium ſpectem.
Nam fortuna quidem eiusmodi mihi eſt, ut nullum te
dignum, hoc eſt magnum munus praefare queat, nec
ſi poſſet, qua es integritate admissurum ſcio, ingenium
quoq; ex eruditio (ſi qua tamen eſt) exigua. Quare
ſi arroganter meis luabratim culis eximiam ac rara
tuam eruditioñem illuſtrare tem̄e, nōne protinus pro-

EPISTOLA.

uerbio notandus sim lumen solis. Liceat sane alijs suos
 Mœcenates ueræ laudis imopes, emētitis laudibus, ceu
 corniculam Aesopiam appositicijs plumis adornare,
 singularis tua ac penè incredibilis, Præses incorrup-
 tiss. Cæsarei pontificijq; iuris scientia ex admiranda
 plurimarum rerum experientia, clariorem non minis fa-
 mam tibi pepererunt, quam ut ullius nedum meis scri-
 ptis, nominis tui decus augeri posset. Quamobrem cū
 nihil ex tenui mea ex curta tam fortune quam ingenio
 supellecibile proficisci posse intelligam, tua sublimi-
 tate dignum, uisum est (quod unum possum) animi mei
 promptitudinem uerbis testari, meq; in tuo esse ære, li-
 benter ex ingenuè fateri, esse enim aliquam gratitudi-
 nis partem puto beneficium agnouisse, Verum metuo,
 ne quis (ut sunt hominum mores) hunc animi mei sum-
 pliæ candorem, atra calumniæ aspergine la befactet
 quasi mihi potius quam sorti fatali assignandum sit
 cur minus, quæ animus gratus debet, re presto, pro-
 inde ad te spongiam quoq; ad absterendas huiusmo-
 di Calumniæ torum aspergines, mittendam duxi, mitto
 igitur Humaniss. Præses spongiæ uice elestantib;. Luci-
 ani libellum περὶ τοῦ μὲν ἔασθις πισένειν διορθω-
 σῆ de non credendo calumniæ, a me latinitate dona-
 tum, quo autor ille pestilentissimos Calumniatores suis
 (quod aiunt) coloribus scitissimè depingit, detractisq;
 personis clarè spectandos agnoscendosq; proponit,
 quem si dignaberis legere, nihil ab istis metuendū mi-
 bi puto

EPISTOLA:

hi puto, ex minus isti nebulones bonis viris fucum face
re studebunt, cum intelligent dis a suis nebulis fraudes
ipsorum in clara luce patere, Cæterum tue Humania
tatis erit Vir præstantissime hæc boni consulere, et
quemadmodum eos qui libura nō habent, negant deos
aspernari si salsa tancum mola litent, ita me quoq;
q̄ possum offerentē non reijcere, vale excel-
lentiſ. Præses et me tibi commen-
datum eſſe uelis. Ex Ha ga
undecimo Calendas Octo
bres, anno ab orbe
redempto.

M. D. XXIX.

LUCIANVS SAMOSATENSIS
DE NON CREDENDO
Calumnia.

Ignoran-
tia fons
mali.



ERNICIOSA res est Ignorantia, et complurium malorum mortalibus causa, rebus uelut tenebras quasdam offendens, ueritatem obscurans et cuiusque uitam umbra obducens, proinde non dissimiles in tenebris errantibus uidemur, quin magis cum caecis quiddam simile perpetimur, in hoc temere impingentes, illud sublatis pedibus nimium superantes, quodque propè est et ante pedes non uidentes, quod autem procul et porro dissitum quasi obscurum metuentes, denique labentes, errantesque in rebus plenisque omnibus, que res Tragicis infinita suppeditauit scribendi argumenta, ut Labdacidae, Pelopidas, et id genus reliqua, pleraque enim omnia, que in scena apparent mala, ab ignorantia uideri possint, quasi Tragico quopiam Deo inducta. Loquor autem cum de alijs, tum de calunijs falsis, aduersus familiares ac amicos struttis, quibus effectum est, ut domus multe euerse sint, ciuitates interierint funditus, parentes cooperint aduersus liberos furere, frater in fratrem, liberi in parentes, amantes in adamatos, multe etiam amicitiae sint discisse, plurime item familie confusae ac subuersae, si de uidelicet facta calumnia. vt igitur quam minimum in calumniis incidamus, commonstrarare nobis oratione

CALVMNIAE.

tanquam in tabula statui, cuiusmodi res sit Calumnia,
 unde initium sumat, et qualia efficiat, Proposuit autem
 olim et Apelles Ephesius hanc calumniae iconem et si Apelles
 mulachrum a Calumniatoribus apud Ptolomaeum ac Ephesius:
 cusatus, tanquam una cum Theodota aduersus Regem
 in Tyro coniurasset, cum nec Tyrum unquam uidis-
 set, nec Theodoram, quisnam esset, nosset, nisi quod au-
 disset, isthac nomine Ptolomaei quedam esse prima-
 tem, cui in mandatis erat res phoenicum administrare
 hunc tamen ex emulis quispiam, cui nomen Amphi-
 lo, ob honores a Rege ipsi habitos, artisq; emulatio-
 nem apud Ptolomaeum accusavit, q; fuisse communis
 coniurationis conscius, quodq; ipsum quidam uidisset
 in Phoenicia cum Theodota coniuia agitantem, ex
 per totam coenam ad aurem illi susurrantem, deniq; o-
 stendit Tyri rebellionē, Pelusiumq; occupatum ex Ape-
 lis consilio proeßisse. Ptolomaeus autem utpote ex a-
 liis parum sapiens, et a teneris inter adulatores edu-
 catus, adeo isthac non expeditata criminatione accen-
 sus turbatusq; est, ut nulla quam oportebat ratione
 expensa, neq; q; artis eiusdem emulus esset delator,
 neq; q; inferior, q; qui talem proditionem moliretur es-
 set pietor, tum q; ab illo beneficio adiutus, quadq; pre-
 ter ceteros eius artis magistros esset in precio, atq;
 etiam ne illo quidē prius explorato, nauigasset ne un-
 q; Apelles in Tyrum, jusserrit eum adduci mox plecten-
 dium ingenti uociferatione regiam complens, ingratif-

A. iiiij. simus

DE NON CREDENDO

Simum clamitans, insidiatorem & coniuratum, quod nisi ex captiuis quispiam indignitate rei permotus, tantamq; Antiphili impudentiam non ferens, & insontis infelicitisq; Apellis misertus, affirmasset nihil huiusmodi hominem cum ipsis communicasse, capit is multatus fuisse, hoc uidelicet commodi uir omnino inculpatus ex Tyri rebellione percepisset, porro Ptolomeus sic dicitur facti paenituisse, ut centum talentis Apelle donarit, iniuriam munere compensans, ipsumq; Antiphilum illi tradiderit in seruus. Apelles uero periculi quod euaserat memor, tali quadam pictura calumniam ultus est. Ad dextram uir quispiā sedet auribus prelongis, simillimis Midie auribus manuon protensa dens procul aduentanti Calunniae, circum quem due assistunt muliercule, Ignorantia (ut uidetur) & Suspi-
tio, ex altera parte accedit Calumnia muliercula supra modum bellē compta, ardens atq; commota, aspectu igneo uelut rabiem quandam iramq; præferens, laua faciem tenet accensam, altera adolescentem capilio trahit manus in coelum attollentē. Superosq; obtestantem. Hanc comitatur uir pallidus, deformis, intenebris oculis aspectans, & similis ijs qui longa ualeantur dñe contabuerunt, quem facile conijicias Liuorem esse, quin etiam aliæ due sequuntur quæ Calumnia horantur instruunt atque comunt, altera (ut indicavit mihi tabula interpres) dicitur Insidie, altera Fraus, à tergo insequitur quedam lugubri admodum ueste opera ta pul

Calunnie
Apelle
effigies.
Ignoran-
tia, suspi-
tio.

Calumnia

Liuor.

Insidie.
fraus.

CALVMNIAE.

ta, pullata ac lacera, hoc dicebatur Poenitentia, que in Poenitentia
 ter gum auersa, lachrymans magna cum uerecundia Veritas.
 ritatem accendentem respexit. Atque ad hunc quidem mox Veritas.
 dum Apelles suum ipsius periculum in pictura effinxit
 Age uero et nos (si uidetur) Ephesii pictoris exemplo
 percurramus ea quae Calumniae coniuncta sunt, prius sine
 quodam ipsam circumscribentes, ita enim nobis ima-
 go eius apparebit. Est igitur Calunia delatio quedam
 clancularia, ipso quod accusatur nescio, ac proinde non de-
 fendente, ex una duntaxat parte citra refutationem,
 credita, atque nec definitio est uocabuli. Porro cum
 tres personae sint ita ut in comedijis Calumniatoris
 delati, et eius apud quem delatio sit, quaeque singulatim
 spectentur, cuiusmodi que sunt esse consentaneum est
 ac primum producamus Protagonisten ipsius dramatis,
 ipsum calumniae autorem dico, nam quod is bonus
 uir non sit omnibus opinor persuasum, ac manifestum.
 Nemo enim quod sit bonus alteri autor erit mali, est enim
 boni uiri iuuandis amicis, non ipsis, quod malo iniuriare gra-
 ues sunt criminandis inquit; odium uocandis, probitatis
 benevolentiaeque opinionem quererere, ceterum quod is ini-
 quis, iniuriosus, impius, et ipsis qui ipso familiariter utun-
 tur perniciosus sit, facile est discere. Nam quis neget
 Aequalitatem in omnibus rebus et illud (quod in pro-
 uerbio est) ne quid nimis, iusticie esse munera. Inaequa-
 litatem uero quodque nimium est ab iniusticia profici-
 cis; Porro qui clancularia aduersum absentes calunia
 utitur

Caluniae
definitio

Quod calu-
niator non
sit uir bo-
nus.

Aequali-
tas iusti-
cie mu-
neris.

Inaequali-
tates.

DE NON CREDENDO

ta iniusti-utitur, quomodo is & equalitatis lineas non transflit? quia
tie. auditorem totum sibi asserit, eiusq; aures falsadelatio
ne opplit, alterius defensioni obturat plane; iniurias
reddit, extreme hoc quidem iniuriæ est, quod optimæ
Vtræq; quiq; legum latores ut Solon & Draco testantur, qui
pars audi iure iurando iudices astrictos esse uoluerunt, ut ex
enda. a quo utrosq; audiret, et a qualibet rebus iudicadis fauor
et attentioneq; preberent, donec re utrumq; diligenter
expensa, uter esset causa meliore clare appareret, im
pium uero et prorsus iniustum putauerunt fore iudi
cium, si quando cum accusatione defensio non compa
raretur. Nam et ipsos deos indignaturos dixerimus,
si criminatori cum omni impudencia que cunq; lubi
tum fuerit dicere permittamus, obturantes autem dela
to aures, aut silentio dissimulantes perperam adver
sus ipsum sententiā feramus, prioris nempe solius cri
minatoris oratione uicti: quare quis recte dixerit, ca
lumnias neq; secundum æquum, neq; legem, neq; ius in
randum, legitimum fieri, quod si parum probati uidetur
legum latores, precipientes ita demum iustas fer
ri sententias, si parte utraque audita ferantur, adducā
Poëtam facundiſſ. longeq; optimū, qui bis de rebus cla
rū, apertūq; testimoniu tulit, imo uero legē scripsit:
Nec litem (inquit) audit a nisi parte utrāq; recidas.
Intellexit nimirum Sapientiſſ. Poëta inter ceteras iniu
rias quibus uita mortalium scatet, nullam esse grauior
rem, atrociorēm, q; non auditum, nec ad defensionem
admis

CALVMNIAE.

admissum condēnare, quod quidem Calumniator ubique
facere tentat. Semper enim cum cui Calumniam struit
audientis irae subiicit, modisque omnibus inuidiam ipsa
si facere studens, defensionem testa clangulariaque cri-
minatione delato pr&eripit. Neque enim liber est, sed
timidus quisquis eiusmodi est homo, nec in apertū pro-
dit, sed ut insidiatores, ex latebris iacula mittit, ut ne
quis se contra armis instruat pugnāque capessat, sed
dubius, atque adeo omnis pugnæ inimicitiaque igna-
rūs conficiatur, quod efficax sanè et uehemens argu-
mentum est. Calumniatores nihil recti saniue dicere,
etenim ut nullus qui aperto Marte uincere potest, ad-
uersus hostem insidijs aut dolo uitetur, ita qui sibi bene
conscius est, is opinor palam ac manifesto audebit
reprehendere, corrigere, et refellere. Porro istiusmo-
di plurimos uideas in Regum aulis et in potentū, prin-
cipūque amicicia charos esse, ac plurimi fieri, ubi mul-
ta est inuidia, suspitiones innumeræ, variæ adulatio-
nū calumniarumque formæ. Namque ubi spes amplior, ibi
et inuidia grauior, odium periculosius, et emulatio-
nes maligniores, proinde in alterum quisque inten-
tos fixosque oculos habet, et uelut qui singulari certa
mine cū hoste decernit, uigilantijs. oculis oīa lustrat, si
cubi forte aliquam corporis partem conspiciat nudā,
quā telis suis appetat. Sic calumniator studiose obseruat
captatque quod carpere, auxillarique in alio posuit, et
dū ḡsque primus esse cōtēdit, uicinū depellit, q̄n si pāt
resupinat

DE NON CREDENDO.

refusinat supplantatq; præcedentem, ubi bonus vir ac frugi planè exeritur, deprimitur, deniq; cum ignomina ejicitur, improbus uero, quo est adulatior et ad nequiciam instructior, hoc magis laudatur, probaturq; in summa uincit qui præuenit, primusq; accusat et ut uerissime inquit Homerus.

Quæ modo pugnauit uictor Mauorte secundo
Aduerso uictus cadit idem Marte peritq;

Itaq; uarias alius in alios uias molitur, certamine uidelicet proposito de rebus haudquam paruis inter quas ut compendiosissima, ita periculosissima est, qua p calumnia itur, que initiumq; sumit ab inuidia in qua plusculum spei sit. Sed calamitosos, tragicos, et ærūnos

Calumnias inducit exitus. Iam ne paruam neq; simplicem rē
utes. Nam multa arte nec minori industria, tum plu-
s complex rima ac solerti diligentia indiget. Neq; enim usq; a-
deo noctre calumnia posset, nisi quodā persuasibili mo-
do fieret, neq; uicere ueritatem, que suum sibi semper
locum cœteris omnibus fortior invicta tueri solet, nisi
blandicijs multis, persuasione uaria, fucisq; innumeris

Qui dig uiteretur, Maximè autē calumniae obnoxius est, qui dē-
nitate prægnitate aut magistratu eminet, atq; ob id inuisus ijs
fulget ma quos a tergo reliquit, in hunc quisq; certatim iaculum
xime calū mittit, non aliter q; si obicem pedibus oppositum con-
nie obno- tur amouere, persuasum habens si Coryphaeum illū ex-
cius. pugnarit atq; amolitus fuerit, iam se se primum futu-
rum. Et quemadmodum in gymnasticis certaminibus
accin-

CALVMNIAE.

accidit, in quibus bonus cursor protinus ut a carcero
ribus emissus est: primas præcipere studens omni co-
natu menteq; ad metam contendit, spemq; uictorie ar-
tam in pedibus habens, nibil remoræ uicino molitur, ne
q; curiosulus cessat circa alios eiusdem certaminis for-
dales, uerum improbus ille et inglorius Antagonistes
diffidens celeritati pedum suorum, ad dolos fraudesq;
conuertitur, ex unum hoc spectat quomodo currentem
retinere aut impedire possit, quippe qui sciat si ea ra-
tione non succedat, haudquaquam se uincere posse, ita
quoq; in fortunatorum ac beatorum amicitijs fit. Nam
si quis præcellit, huic statim infideles parate sunt, ex
incautus incaustoditusq; inter medios protinus miser
comprehenditur, abripiturq; hostes. Porro hi amici ui-
dentur ex ut tales amantur colunturq;, nimirum q; a-
lijs nocuisse ac detraxisse putantur, Ceterum ut fidē Calumnia
faciant ex uerisimile uideatur quod aiunt, omnibus uerisimi-
neruis hoc agunt, in hoc sunt seduli. Huc omnes inge- lis.
uij uires depromunt, nequid necant absurum aut ab-
surdum, itaq; si que in alio sunt eleuare, inq; peiores
partem interpretari uelint, sumnare (ut dixi) studēt
ut uerisimilis sit criminatio, uelut Medicum accusant
quasi ueneficium, diuitem ut tyrannicum, tyrannicum
ut prodixorem, interdum etiam ex is qui audit matru-
siam ac discrimen calumniarum, suggestit calumnianti
atque huius maribus sc̄e accommodantes, improbissi-
mi cauillatores, facile coniectant qua re fidem sue im-
pudentia

DE NON CREDENDO

pudētiae ac sceleri facere possint. Nam si ipsum Zeloty
pum esse uideant, annuit (inquiunt) uxori tue inter
coenandum, ex ipsam crebro aspectans ingemuit,
quin ex Stratonice non insuuiter planēq; ananter il-
lum respexit, ualent enim apud istiusmodi hominem
calumniæ, quæ adulterij insimulane: quod si poëscos
studiosum esse cognoscant, eaq; de causa magnopere
ipsum sibi placere, per louem (inquiunt) irrisit, tradu-
xitq; Philoxenus carmina tua, atq; inconcinna tam
mensura, q; compositione esse dixit. Apud eum q; pius
religiosus ac deorum est amans, accusatur amicus tā
q; impius ex irreligious, qui Deum ē medio tollat, ex
prudentiam numinis esse neget, quod quum audit, sta-
tim perinde ac si oestro aures feriātur, incādescit (ut
par est) ex auersatur amicum, nec rem proprius expen-
dit, omnino enim huiusmodi quædam excoigitant ex cō-
miniscuntur, quæ maximè ad iram excitandam faciat,
plurimūque audientis bilem exacuant. Itaq; qua quē-
q; re aut parte præstare cognoscunt, hanc telis petūt,
buc sagittas suas deponunt, donec subita ira, audi-
tem ita turbauerint, atq; exagitarint, ut indignitate
rei permotus, nec exquirende ueritati operam dare,
nec excusantem tanq; iā crimine uero conuictum aus-
cultare uelit. Efficacissimum sane atq; expeditissimum
Demetri⁹ Calumniæ genus est, quod cum auditoris cupiditati
platonic⁹, bus pugnat. Apud Ptolomeum cui Dionysio cognos-
centium, quidam criminatus est Demetrum Platonic⁹

CALVMNIAE.

cum, quod in Dionysis aquam biberet, et solus omnium muliebris indumentis non amiciretur, et nisi aceritus mane uinum in conspectu omnium bibisset, et purpura induitus, cymbalisque pulsatis saltitas fecit, actionem de Demetrio fuisse, ut qui fuisse uisus alia quam Regis uita delectari, ac parum probare que Ptolomeus in uoluptate ac deliciis habebat. Porro apud Alexandrum, maximum profecto crimen erat, si quis deprehensus fuisse non uenerari ac adorare Hephestionem. Nam ut mortuus erat Hephestion, voluit Alexander nimio erga puerum affectus amore, praeter reliquam funeris magnificientiam, etiam Deum haberi Hephestionem, primus itaque phana possum in urbibus erecta, delubra edificata, arae, sacra, ac denique festa novo huic Deo publicis suffragiis constituta sunt, eratque maximum omnibus iusurandum Hephestion, quod si quis isthac risisset, uisus esset non admodum Deum uenerari, huic mors imminebat poena. Ceterum assentatores iuuenilem Alexандri affectionem ac uotum animaduertentes, mox etiam accendere et suscitare illa coepérunt, somnia quedam narrantes Hephestionis, tum uisa quedam atque apparitiones commemorantes, praeterea sanandi curandique potestatem ipsi tribuebant, quin et responsa et oracula Hephestionis prædicabant, breuiter sacra faciebant, quasi tutelari malorumque depulsori Deo. Itaque mirū in modū delectabatur audiēs hæc Alexander postrem

DE NON CREDENDO

postremo uera quoq; esse credidit, ex magnopere sibi placere coepit qui no solum ipse dei filius esset, Sed etiam quos uellet ipse deos facere posset, quot igitur uerisimile est, ex Alexandri amicis per id temporis manum abstulisse ob Hephestionis diuinitatem, quod acas sarentur communem illum omnium deum non uenerari.

Agathocles. ri & quot aula exactos, quot Regis amicitia excidisse credibile est: eodem tempore Agathocles ille Samius dux militiae, ex Alexandro in primis charus honoratusq; periclitabatur, ne leonibus committeretur, uidelicet accusatus quod preteries Hephestionis sepulchrū lachrymatus fuisset, cui dicitur Perdicca hoc modo au-

Perdicca. xitiatus esse, adiurabat Perdicca per Deos Deasq; omnes atq; ipsum adeo Hephestionem, interuenandum obtulisse se Deum (nempe Hephestio nem) iussisseque ut suis uerbis nunciaret Alexandro, uti parceret Agathocli, neq; enim q; dubitaret deum esse, quod ueritatem Hephestionem crederet, sed q; ueteris arcteq; amicitiae recordatus fuisset, idcirco fleuisse Agathoclem. Assentatio igitur ex calunnia maxime tum qui deum lacum habebant, commode atq; astutè pro Alexandri affectibus adhibitæ, ex tanq; in obsidione hostes ardua prærupta ex inaccessa moenium loca no agrediuntur, Sed qua urbem incustoditam, moenia infirma aut pressa sentiunt, hac omni molimine ex confertim irruunt, ut facilius inuadere ac urbem capere possint, sic Calumniatores ubi uident animam affectionem languis

CALVMNIAE.

languidū et facile accessibilem, buc se intendunt, buc
 omnes machinas applicant, denique expugnant capi-
 unq; nimis nullo obfidente, aut incursum praesen-
 tiente, deinde simul ac intra muros semel admissi sunt,
 omnia incendijs miscent, exurunt, ingulant, atque exis-
 gunt, eiusmodi quoque uerissimile est fieri animo cap-
 to, et in seruitutem redacto, Arma uero quibus aduer Arma Ca-
 fusc absentes utuntur Calumniatores, huiusmodi fer- lumniato-
 me sunt fraus, mendacium, periurium, obestatio, impu- rum.
 dentia, et aliae id genus infinitae imposturae, quarum Assentio
 facile omnium maxima est Assentatio cognata, immo ue tio malum
 ro foror calumniae. Nemo igitur tam generosus, nulli priciosiss.
 tam adamantino muro uallatus est animus, qui non af-
 sentatoris callida delatione capiatur ac succumbat, sus-
 fodiente uidelicet et euentente murorum fundamen-
 ta Calumnia. Atque haec quidem foris sic habent, Por-
 ro intus multe uariaeque prodiciones consligunt, ho-
 stemque foris oppugnantem adiuuant, manus porri-
 gentes ac portas aperientes, denique annitentes mo-
 dis omnibus, ut is qui audit capiatur, primum, nouarū Nouarum
 rerum appetētia, que naturaliter omnibus hominibus rerum ap-
 insita est, deinde nausea ac fastidium. Postremo, quod potentia
 ad noua et inaudita libēter aures arrigimus, delecta Nausea.
 mur enim omnes, nescio quo modo clancularijs susur Nouis au-
 ris, et suffitionibus q̄ p̄fūm plurimæ offeruntur, nos diendis de-
 met haud grauate accommodamus. Proinde noui quos lectamur.
 dam quorū aures huiusmodi rebus audiendis nō aliter

DE NON CREDENDO

pnriunt titillanturq; quām si plumula aut scapello
leniter fricentur. Postquām igitur ab omnibus his ad
iuri Calumniatores irruerint, pro uitibus omnia po-
pulantur, nec difficilis opinor uictoria, ubi nemo repu-
gnet aut impetum reprimat. Sed qui audit, ultroneum
se dedat, et qui accusatur, insidias sibi structas nesci-
at. Quasi enim noctu urbe capta dormiētes, ita per ca-
lumniam accusati opprimuntur, et quod omnium est
indignissimum, qui sic delatus est, ignarus omnium q
acciderunt, amicum adit alacri ac uultu hilari, ut po-
te nullius sibi male conscius, pro more q consuevit di-
cit ac facit, nescius miser quanto in periculo, quantisq;
insidijs ueretur. Hic si ullam generosi animi micam
in se amicus habet, si liber, apertus, minimèq; suatus
est, protinus iram ejicit, et omnem stomachum euonuit,
atq; amici defensione accepta, tandem cognoscit sine
causa se amico succensuisse. Qui autē degenerem humi-
lemq; animum gerit, admittit quidem amicum et sum
mis labijs arridet, ceterum clam odit, dentibusq; frē-
dit: et quemadmodum P octa ait,

Fumantem uapido sub pectore concoquit iram.

Quo certe homine nihil esse puto iniquius scriuiusq;.
mordet labrum, iram fouet, alitque, odiū in cordis pe-
netralibus conclusum auget.

Lingua aliud profert aliud sub corde uolutat,
Et sub Hilari ac Comico multu tristem plenamque ca-
lamitatem Tragœdiam agit, ceterum id tū maximē
fit,

CALVMNIAE.

fit, quem, quo^m accusauit, olim amicus fuisse creditur de-
cuso^t, tū ent̄m neque uocem delati amplius, neque re-
fponsonem audire uolunt, utpote fidem Calumniae
ex ueteri illa amicitia presumenes, ac ne illud qui-
dem cogitantes, multus sepe uel inter amicissimos o-
dij causas incidere posse, que alijs non perinde note-
sint, quid: quod interdum qui ipse in culpa est, socium
anteuertit accusando; ut cum prior accusarit, ipse su-
spicioe ac criminē uacet, in summa inimicū suū, nema-
nusit falso accusare, hoc ipso enī noī, falsa ac neutiq
credēda videbitur criminatio, quo^m manifestā calūniæ au-
sam præ se ferat, sed ijs, qbus ipsi maxime amici uideri tores eos
uolūt, insidiātur, qd: ut facilius fiat, prius ipsorū qbus criminans
narraturi sunt, benevolentia captant, affirmantes, se tur quorū
dū illorum utilitati cōsulant, ne amicissimis quidem ac putantur
necessarijs parcituros. Sunt item alij, qui tametsi post amici non
resciscunt, amicos iniuria apud se delatos esse, tamen boſtes.
ne pudore suffundantur quod falsis delationibus cre-
diderint, neque accedere, neque omnino aspicere ami-
cos audent, quasi ipsi iniuria affectisint, quo^m amicos ni-
bil iniuriæ admisisse cōpererint. Itaq; plurimis malis
uita humana obnoxia est, quia tam facile citraq; ueri-
tatis expensionē Calumniae fit fides, sic ipsa Anteia. Anteia.
Aut morere (inq^t) o Proœte aut interfice Bellerophōtē Belleros
Namque tuam uoluit me constuprare sodalem. phontes.
At qui ipsa prior iuuenem aggressa fuerat, ex ad fur-
tiuum concubitum sollicitarat, Sed ab eodem reiecta
B.ij despe

DE NON CREDENDO

despectaq; fuit, minimumq; absuit, quin iuuenis ob id
cum Chimera commissus periret, hoc scilicet castitatis
sueq; erga hospitem reverentiae premium abstulisset
adolescens integer scelerisq; purus, ab adultera mulier
erula delatus ipsa Phaedra quoq; ad eundem modum
absentem priuignum accusans effecit, ut pater filium

Phædra

Hippolyt⁹ Hippolytum execraretur, dirisq; deuoueret nihil omni
nino promeritum. Sed dicit aliquis, sic quidem res ha-
bet ut dicas, iherū qui accusat sāpe vir est fide dignus,
præterea iustus ex prudens esse uidetur, et quoniam est
animum illi aduertere, quippe cum nunq; in ciusmodi
Aristides scelerē deprehensus sit, esto sāre, sed age, ecquis Aristi
cognomē de fuit iustior? atqui tamen ex ille aduersus Themisto
to iustus. clemē conspirauit, simulq; plebem concitatuit, etiam ipse
ut aiunt popularis glorie ambitione uellentus.

Aristides

Nam iustus quidem Aristides si cum alijs confratur,
ceterum homo fuit, irasci potuit, ex quosdam amore,
quosdam odio prosequebatur. Iā si uerum est quod de
Palamede dicitur, constat sapientissimum quoq; omnia
nium Achæorum, ceterisq; alijs in rebus optimū, do-
los, insidiasq; inuidia stimulatum struxisse, viro amico,
consanguineo, atq; adeo ei qui cum ad commune bellū
periculum enauigarat, usq; eō omnibus hominibus in-
sita a natura in huiusmodi rebus peccandi libido nide-

Palamedes ab
ulyssse ac-
cusatus.

Socrates. tur. Porrò quis Socratem illum sine dolore commemo-
Themisto ret, Athēniensibus præter meritum tanq; impium exim-
eles. fidiatorem accusatum? Quis Themistoclem? quis Mil-
tiadem?

CALVMNIAE.

tiadem qui post tot, tāq; praeclarus vicitur quia pa Miltiades
triæ ab hostibus retulerunt, in proditionis suspicionē
maleuolorum opera, Greciæ uenerunt. Innumera enim
eiusmodi exempla sunt ac plerāq; iam eorum vulgo
non ignota, quid igitur facere conuenit virum bonum,
ac prudentem si quando de probitate viri aut uirtute Consilium
dubitetur Nimirum quod Homerus sub strenum fabula euadendi
docuit, preterna uigabit pestilenes hasce aurum uolu Calumniā
ptates, obturabit aures, nec temere eas aperiet huius-
modi morbo affectis, sed diligentem adhibebit hisque
dicantur austodem ex obseruatrio rationem, ut que
bona sunt possit expendere atq; admittere, que mala
excludere atq; trahere. Siquidem ridiculum absurdumq;
fuerit, edum constituere austodem, aures uero atque
mentem omnibus aperta relinquare, quare simul atq;
accesserit nos quispiam eiusmodi narraturus, rem ex
se ipsum penitus ex ad amissim expēdere oportebit,
nec eins qui narrat etiam uita, aut in dicendo solertia
spectanda erit, quo enim quisq; in persuadendo uehe-
mentior, efficaciorq; tanto opus est excusione, reiq;
expensione diligentiore ex exactiore. Non oportet
igitur federe alieno iudicio, multo uero minus odio ac
cussantib; sed sibi quisq; ueritatis disquirendæ potesta
tem seruit, calumniatori inuidiam attribuat, utrumq;
argumenta libret ac ponderet, ut singulis ad cum mo-
dum accurate pensiculatis, uel amare quem explora-
uerit, uel odisse liccat. Verum ipso protinus initio ui-

DE NON CREDENDÒ CALVMNIAE.
Etiam Calumniae concedere, iuvenile sanè, humile atq;
inter mala handquaq; minimum censendum. Sed horū
omnium(ut initio diximus)causa est ignorantia, cuius
tenebris sua cuiusq; uita altissime immersa est. Proinde
si quis diuorum uitas hominum detegeret, fuga se ad
inferos proriperet Calumnia, nullo ubituto cō
sistat loco apud superos relicto, nimis
rum rebus mortalium a
ueritate iam re
tectis atq;
illustran
tis.

Ad Lectorem.

Qui cupis a tetricis paulisper ludere curis:
Et dare ridiculis tempora pauca deis
Hec lege quæ nuper sermone uagantia laxo
Græca, per ausonios iussumus ire pedes
Primus mellifluo quondam hæc dedit ore disertus
Lucius, ille hominum risor ex ille deum.

PROMETHEI ET IOVIS DIA.
LOGVS LVCIANICVS, CARMINE LA.
tino redditus, per Nicolaum
Grudium.



Vondam Caucasea defixus rupe Pro
metheus
viuida dū nimium uiscera uultur
edit
Dumq; impar pœnis mortem metua
itq; uocatq;.

Sic magnum affatus dicitur esse Iouem
Solue precor miserum, Diuum pater optime, solue PROME
Afflictum infandis satq; superq; modis
Nostrum poena scelus pridem exuperasse uidetur
Solue precor nimio Iupiter alme malo
Hæc Deus, ad dulces namq; hac transibat amores
Audit, et irata talia uoce refert
Tene ahs ut soluam, justissima uincla relaxem IVPL.
Perfide? flagitijs uincla minora tuis?

Tene ahs ut soluam: te exutum ut compede mittam?
Compede debueras qui grauiore premi.
Par erat a toto totum te monte grauari,
Hepar et innumeras esse decebat aues,
Id quoque non solum plecti debebat, at ipsa
Noxia de media lumina fronce trahi.
Hæc cuncta es mortitus, plusq; his scelerate Prometheus

B. iiiij.

Dum

PROMETHEI ET IOVIS.

Dum prauos homines pessima monstra creaſſe
Dumq; igne hostili cœleſtem ſubtrahis aſtu,
Faſmineumq; noua dum facis arte genus,
Nam q; et ipſe mihi carniſ partitor, mihi
Straxisti occultum calliditate dolum,
Oſſa mihi tanquam obtrudens, carniem tibi ſeruans,
Quid referam: et quota pars criminis iſta tuis?

PROME. Supplicio quin iam diro ſcelus omne piaui,
 Strictus, et afidus peccora tonsus aue.

IVPI. Necdum ſupplicio, quod ait, ſcelus omne piaſti,
 Nec ſatis admiſſis eſt ea poena tuis.

PROME. Solue tamen, gratis non ſolues Iupiter, unum
 Vtile nam monitum praemia magna dabo.

IVPI. Noui ego fallaces monitus, fallacia noui
 Præmia, ſic iterum ludificare parat.

PROME Hand paro, nec ſuckum faciam mihi crede, quid autem
 Si fallā, lucri ſit precor inde mihi?

An uero horrendus nescis ubi Caucasus extet,
 Vinculaq; en decurrunt, ſi tibi uerba dabo?

IVPI. Ergo age dic primum que præmia tanta reponis,
 Vtile dic monitū, dic age, ſi quod habes.

PROME. Si tibi nunc dicam quo tendis, habebitur equus
 In reliquis uati conſimilisq; fides?

IVPI. Aequum eſt, atq; pacem poſſis modo dicere habeo.
PROME Vndiu age in Thetidis furtā cupita ruis.

IVPL. Reſte, age nunc monitum promiſſaq; præmia proſer,
 Credibile eſt uerum dicere poſſe quidem.

PROMETHEI ET IOVIS.

Nereidis fuge concubitus, ea gaudia tuis,
Gaudia, mox quanto contemeranda malo?
Namq; ea si foetum gignet, dabit isti quondam,
Saturno dederas ipse quod ante patri.
Hoccine ait, regno me quod pulsurus olimpi,
Turpe quod exilium, is exitiumq; dabis?
Abhis id ut fiat, tibi Iupiter alme minatur
Tale aliquid Thetidis triste cubile tamen.
Ergo Thetis ualeat, tuq; officiose Prometheus
Iam nunc Mulciberi liber abito manus,

PROME.

IVPI.

PROME

IVPI.

TEAQ.

CUPIDINIS ET IOVIS DIA.
LOGVS EX EODEM, PER HA-
driani Marium Machilini-
ensem.



Liger basce, minis puer exanimatus
 auitis,

Sollito moestas æ didit ore preces
 Ergone, peccarim sanè pater optime
 diuum,

Spes ueniae, sceleri non patet ulla meo?

Sum puer, ætatis teneræ uestigia lapsant,

Lanugo teretes non habet ulla genas,

Ignoscas stulto temeraria facta puello,

Non sapit hæc ætas, lubrica, mentis inops,

Iupiter hæc contrà, neque enim exagitata resedit,

Bilis adhuc, saeua er tonat ore minas.

Tun' puerum uis te scelerate Cupido uideri,

Cum sis longæuo grandior Iapeto?

An quia nec mentum, barbam, nec tempora canos

Produxere, puer tu ueterator eris.

CUPID. Ille ego quod commisi autem ueterator, ut inquis,

Condignum manicis compedibusq; nephias.

IVPI. Scilicet et tua facta scelus tibi parua uidentur.

Nec pudet hisce deum ludificare madis.

In quot me formas, in quot me corpora uertis?

Quantu

CUPIDINIS ET IOVIS,

Quæcula ex imperij pars modo salua Ioui?
In tauros, satyros, cycnos, & deniq; in aurum,

Et quæ non tandem monstra subire iubet?
Nec tamen ulla mihi iusto respondit amore,

Debueram id certè munere ferre tuo.

Tu poteras paribus Nymphas succendere flammis,

Et faciles uoto reddere quæsq; meo.

Sed nibili mea maiestas, mea numina fiunt,

Numina terrigenis, & metuenda deis.

Nunc latitans, fictis Nymphas captare figuris,

Poscerè nunc Magicam cogor amator opem.

Turpe quidem dictu, nec me mea nouit amica,

Hæc cycnum, nitidum deperit illa bouem.

Tum proprius uerum si que confixit amantem,

Ad terram exanimis prona timore ruit.

Desine mirari, neq; enim mortalia tantum

Sustineant numen lumina ferre tuum.

At qui nonne tibi Deus est quoq; flauus Apollo?

Et Branchus tamen hunc atq; Hyacinthus amat

Mortales ambo, tam multo lumine clarum,

Lumine, quo cœlum lustrat & altus humum.

Imò etiam hunc ipsum tremuit Peneia Daphne,

Nil faciem imbarbem, nil remorata comam,

Formosumq; Deum sylvas per & auia fugit,

Ceu fugit infestos excita cerua canes.

At tu magne pater, gratus uis esse puellis,

Precepta hec, memori, quæ dabo, mente tene,

Morta-

CUPID.

IVPI.

CUPID.

CUPIDINIS ET IOVIS.

Mortales statuis si quando uiscre formas,
Concussa Clypeo ne minit're caue,
Et tua dimittes descendens fulmina cælo,
Humanis oculis ista ferenda putas?
Sume uenustates, ex suaues indue uultus,
Et niteat compto dulcis in ore decor,
Mitra demissos utrimq; resuane capillos,
Et tere purpurea ueste decorus bumum,
Regales demum crepidas auroq; rigentes
Subliga, ex incessum qui potes arte iuua,
Sic nitidus molles ad tympana flecte choreas,
Vtq; canet, certo, tibia, uide gradu,
Multæ puellarum, fac hæc, te turba scuetur,
Menades ex plures, quam Dionysus habet.
Quim apage, haud tanai est, nec amabilis esse uolubilis,
Hifce modis, dabis hoc arte Cupido tua.
Imo caue teneros in totum cæsus amores,
Omnia qui potis est hoc quoq; credo potest,
Non ea mens animo, nec sic exosa uoluptas,
Sed da captato semper amore fria
Et mihi da faciles aditus, facilesq; puellas,
Hac tibi nunc ueniam conditione dabo.

•7:18.

IVPL.

CVPI.

IVPL.

VENERIS ET LVNAE DIALO GVS PER EVNDEM.



Ic affata uagam fertur Venus au-
rea Lunam,
Cum miseram blandus corripui-
set Amor.
Quid mea Luna tuos tam turpeis VENVS.
fama furores

Nunciat, & paßim quæ dea foeda refert
Téne adeo totam teneris in amoribus esse,
Ut nec in officio sis bene sana tuo:
Et Cares quandoq; cit is transuecta quadrigis
Aurigæ missæ munere sistis æquos,
Sublimeisq; solo desfigis ab æthere multus,
Dilectumq; oculis Endymiona petis,
Qui fessus iaculisq; feras currūque sequendo,
Languidulus dulci membra sopore iacet,
Quin etiam è medio in terras descendere cursu,
Et iuuenem propter procubuisse ferunt,
Hæc Venus, at contra multus demissa rubenteis,
Rettulit, admissi conscia Luna sui.
Quid miseræ mibi magna meos Cytherea furores LVNA.
Exprobras: gnati sunt ea facta tui,
Ille mibi solus tantorum causa malorum,
Illiis infida spicula torta manu.
Mitte illum mea Luna, mibi est iniurius ipſi,

VENVS

Quæ

VENERIS ET LVNAE.

Quæ genui, lusit me quibus ille modis?
Is me frondosam nuper sceleratus in Idam
Anchise phrygij traxit amore uiri,
Nunc etiam Assyrij iuuenis succedit amore,
Ardentem Lybani per iuga celsa trahens.
Hic quoq; dimidio nunc me fraudauit amoris,
Et meas est Hecate participatus amor.
Multaq; præterea misera quibus ille parentem
Lusit, et o uellem non peperisse nephias.
Sepe illum increpui dictis, et percita tristi
Adicci borrendas sua furore minas,
Sepe arcum minitata habilem, minitata pharetrams
Frangere, quæq; grauis tela pharetra tenet,
Sepe manu uolucreis minitor præcidere pennas,
Qui s se se huc illuc insidiator agit.
Nunc etiam crepida ploranti et multa rogant
Ne quicquam, pepuli nudula terga graui.
Nec scio qui fiat, uix uerba minantia dixi,
Et tepido teneras irrigat imbre genas,
Atq; adeo scelerum iam paenituisse putares,
Et tamen ad mores mox reddit ille suos.
Sed mihi dic Phœbe, non pulcher amasius iste
Est tuus, et tantæ dignus amore deæ?
Nam si formosus, fuerit leniens amoris
Solamenq; tua forma decora mati.
Ille meis Cytherea oculis formosior unus
Omnibus est, tellus quos spaciosa capit.

VENERIS ET LVNAE.

Præcipue placet ille tamen, cian rupibus altis

Dormit, præq; thoro est sub Ioue strata chlamis,

Cian formosa tenet labenteis lœua sagittas,

Et fulcit lassam dextra supima caput.

O qui tunc roseo procedit anhelitus ore?

Quām uerè ambrosius pectore spirat odor?

Ab quoties medio deflecto ex æthere cursum,

Atq; adiens summum uix pede rado solum?

Ne strepitu placidam turbem importuna quietem,

Et qui composito lucet ab ore decor,

Scistibi que post h.ec, qui postea somnia lusus

Quæ referenda forent gaudia, quiq; ioc.

Sed misera indomit is solito uchementius uror

Ignibus, ex fari non finit acer Amor.

Hec habuisse olim retulit facunda uetus

Inter se magnas mutua uerba deas.

Si potis est alto Lunam deducere cœlo,

Aliger, à flammis quis modo tutus erit?

TEΛΩ.

PANIS ET MERCVRII DIA, LOGVS PER EVNDEM.

PAN.



Alue Cyllenī , magni Iouis inclyta
proles,
Diuorum interpres , et mihi chare
pater.

MERC. Salue & tu, quotiesq; uelis quantumq; , sed istuc
Fare age, qua dicas me ratione patrem.

PAN. Non tu Mercurius, non tu Cyllenus ille es,
Quem genuit summo candida Maia deo?

MERC. Ifse ego sum certe, nec te tua lumina fallunt,
Nunc mihi qui gnatus sis precor æde meus.

PAN. Non sum legitimæ fateor sub fædere tæ:
Sed tibi furtiuo natus amore nothus.

MERC. Imo capræ atque oolidi puto consuetudine capri
Pessimè, non nostro es, natus adulterio,
Nam qui te nostro credam de semine natum,
Cui cingunt frontem cornuatoria truccent
Cui tegitur barba mentum deforms caprina,
Cui dura informi corpore seta riget,
Cui nares istæ, cuique ungula secta, cuique
Contegit obseceras pendula cauda nates.

PAN. Quid mihi nil merito genitor conuicia gnato
Dicis? & incessis tu genus ipse tuum?
Quidquid habent mendæ, qcquid mea mēbra pudoris,
Non min

PANIS ET MERCYRII.

Non mihi, sed ueniunt improperanda tibi,
Quim igitur que te tulcerit mihi mater, aperte

MERC.

Fare, fidem dictis si cupis esse tuis,

Nam mihi quid tandem acciderit demiror, et haud me
Sum memor hirsute concubuisse capre.

Non tibi me talem genitor uillofa capella,

PAN.

Sed compressa tibi uirgo puella tulit,

Ipse mihi tecum memori fac mente reuulua,

Sit ne tibi Arcadico rapt a puella solo.

Quid digitum rodise? quid adhuc uelut inficius haeres,

Non subit Icarij Penelopea seniss;

Ergo quid euenit miserae, quod non mihi, sed te

MERC.

Hirco consimilem, capripedemq; tulit;

Verba tibi ipsius refiram, quibus illa supremum est

PAN.

Affata, Arcadicos cum peteremus agros,

Gnate, ait illacrimans, genitrix ego sum tibi, uerum

Te patre Mercurio noueris esse satum,

Mercurio, superum qui fert mandata deorum

Mercurio, ex ipso quem Ioue Maia tulit,

Nec uero moueat, quod stante tibi cornua fronte,

Quodq; refert hirtum tibia secta caprum,

Non pater ipse tuus quo mecum tutus esset,

Et ne non noster forte lateret amor,

Induit hircinos uultus, speciemq; pudendam,

Atq; hinc sunt forme tristia damna tue.

Iam scio, iam memini factum mihi tale quid olim,

MERC.

Et metamorphosis me subit illa mei,

C

Ergo

PANIS ET MERCVRI.

Ergo ego qui forma laudor, facieq; uenusta,
Cui nondum in teneris barba stat ulla genis,

Scilicet ille ego te dicar genuisse: futurus

Ridiculo cunctis, ludibrioq; deis;

Haud tibi dedecori fuero pater optime, ne mo-

Artis inexpertum, degeneremq; puta,

Ipsse ego thyrsigero comes indiuisus Hiacchor.

Susue cano iunctis carmen harundinibus,

Me sine nil potis ille: meis ea gratia rebus,

Ipsiusq; leueis duco subinde choros,

Præterea dictu mirum quod ouilia nobis

sint Tegeam circa, parthenijq; iuga

Sunt etiam Arcadiæ fines, uastissima regna,

Et latè imperio subdita cuncta meo,

Quim ex Cecropijs uictoria nuper Athenis

Coneigit, auxilijs in Marathone meis,

Qua de re meritum Pani statuere triumphum

Speleum, celsa quod latet arce cauum,

Tumet Palladias si quando uidebis Athenas,

Quo sint in precio numina nostra scies,

MERC. Dic uero mihi Pan, namq; hoc te nomine dici

Audio, num coniunx est tibi ducta domum?

PAN. Nulla pater, sed adhuc uarios consector amores,

Nec facit ad flamas una Napæa meas

MERC. Tene ego amatorem nymphis credam esse putaram

Po ego caprigeni te gregis esse uirum.

PAN. Rides, at me nymphæ uirum sibi quælibet optat,

Me sibi

PANIS ET MERCVRII

Me sibi vult Echo, me sibi pulchra Pittys,
Deniq; Mænadibus de tot non ulla Lycti est,
Quæ me certatim non uelit esse suam.

Gnate tuo primum quod te rogat, ansue patri,
Sic faciles nymphæ sint tibi gnate tue.

Imo iube, quod uis fieri, tua iussa capessam
Impleboq; animi sedulitate pij.

Me quoties cernes, comi licet ore salutes,
Sed patrem dicas me cane gnate palam.

MERC.

PAN.

MERC.

T E L O.

C.ij.

DORIDIS ET GALATEAE
DIALOGVS PER IOAN-
nem Secundum Hagi-
ensem.



Orte Deæ pelagi ludentes littore
curuo,
Captabat radios auree Phœbe tuos,
Hic Thetis,hic Melite,spio,Panopea-
que uirgo.

Cymodoce,Doris,et Galatea fuit,
Cum Doris ficto Galateam molliter ore
Risit,et arguto strinxit amara ioco,

DORIS. Scilicet egregie tandem formosus amator
Contigit o felix iam Galatea tibi,

Nimirum hic sicutus pastor,proh numina,qualis,
Deperit,ut pa sim fertur,amore tui,

GALA. Ne ride,qualis qualis tibi dori uidetur,
Neptuno tamen est de genitore satus:

Neptuno uitreis late qui præsidet undis:
Neptuno,à summo qui loue prima tenet.

DORIS. Egregium uero si sit Neptunia proles.

Esto sit altifremi filius ille Iouis,
Cum tam deformis sit,agrestis et hispidus,et quod
Omnibus est unum turpius,unoculus,
An uero genus ad formam prodesse putabas
Hoc tibi deformis nomine pulcher erit?

Inno nec

DORIDIS ET GALATEAE.

Imo nec est deformis, et id quod dicas obesse:

GALA.

Hoc queat, hoc formam nobilitare uiri,

Quippe quia agrestis, quia hispidus, haec tua nam sunt

Nomina, sic libitum est haec uocitare tibi

Non deformat eum, uerum hoc mage Dori uirile est,

Crede decet fortis hispida barba uiros,

Porro oculus, media nitidus qui fronte relucet,

Et quem Phœbe æ lampadis instar habet,

Ille etiam decet hunc, hoc cernit certius uno,

Quam si uel duo uel lumina mille forent.

Tu mihi iam uero Galatea uideris habere hunc

DORIS.

Non tibi amatorem, uerum adamare magis,

Vsq; adeo landas, et quæ contraria forme

Iam formosa uti sint, iamq; decora iubes,

Haud equidē hunc adamo, tamen haec insignia uestra GALA.

Scommata, et insulsos non queo ferre sales,

Et plane innidia huc mera uos stimulare uidetur,

Nempe quia, haud simili uos amet ille modo,

Quodq; gregem nuper celsa dum pascit in ætna,

Inter lanigeras conspicendus oues,

Nosq; procul mixtim per littora picta uagantes

Cernit, ubi pedibus prominet ætna suis,

Vestrum non ullam uel solum aspergit, at ipsa

Visa uiro cum etis pulchrior una fui,

Neg; proinde suo dignatus lumine solam est:

Lumine, sydereas exuperante faces,

Haec ea sunt, haec sunt quæ pectora uestra remordet

C.iiij. Hinc

DORIDIS ET GALATEAE

Hinc illi risus, ille pidiq; loci,
Namq; haec cuncta notant me uos præcellere forma,
Meq; magis dignam quam Polyphemus amet.

DORIS. Scilicet inuidem, q; tu formosa uideris
Lusco, ex pastoriq; Galatea places,
Quanq; aliud queso potuit quidnam ille probare,
Præter candorem hunc lactea diua tuum:
Ille placet, q; lac cibus est ex caseus illi,
Quod simile his, pulchrum protinus iste putat,
Tu uero cupis ipsa tuam si noscere formam,
Nec tibi iudicio stulta placere malo:
Pendenti è scopulo si quando sileneibus austris,
Pelueens placidis unda iacebit aquis,
Temet contemplare precor, dabit unda colorem
Consimilem lacti, consimilemq; niui,
At qui nulla quidem facies candore probatur,
Candida purpureis sit nisi tintta notis.

GALA. Atqui ego nacta tamen quantumuis candida, qualcm
Doris amatorem uellet habere sibi,
Nullaq; de uobis, quam uel niretur agas,
Vel pastor, uel quam portitor illius amet,
Atq; alia ut taceam, cantat Polyphemus, in omni
Et calami, ex cythara doctus ex arte lyra.

DORIS. Mitte haec mitte precor, cantantem audiuimus, in te
Pruriret nuper cum male sanus amans,
Verum, o sancta uenus, rursum in certamina Phœbium
Excire obstreperus Marsia uisus erat,

Quin

DORIDIS ET GALATEAE.

Quin ter credideram uicinis rudere syluis,
Prospiciens, asinum, ter Polypheus erat,
Ipsiusq; lyræ corpus iurare uolebam.

Ceruinum, nudis ossibus, esse caput,
Cornuaq; extabant, cubiti de more recurvi,
Quis putet hic hominem, quis putet esse lyram?
Tum uero inductis fidibus speciosus amator
Nec iungens sinuī barbara plectra suo.

Nescio quid tandem durum, et stridebat agreste,
Observant partes dum lyra uoxq; suas,
Sic uti non fuerit de cunctis ulla deabus:

Quæ poterat risus, quæ cohibere iocos,
Quid q; et ipsa quidem non est dignata boanti
Respondere Echo, garrula Nympha licet,
Credo illam puduit si forte audita fuisse
Reddere ridiculum Diua canora sonum.

Quin catulumq; ulnis hic noster amasius urse
Gestabat, lusum deliciasq; suas,

Hirtus erat totus, quo credo gravior illi,

Quòd similis setis, quòd feritate fuit,
Quæ tibi non istum talem Galatea maritum

Inuidet? Quæ non bunc uelit esse sibi?

Ergo tuum nobis qui sit formosior, eia
Monstra, et qui melius uoce lyraq; canat.

Nullum habeo, fateor, nec eo nomine iacto

Ac si sum multis sollicitata uiris,
At uero talem, qualis Polypheus, amantem,

GALA.

DOAIS.

DORIDIS ET GALATEAE.

Totus qui saniem, totus ut hircus, olet
Quiq; infelices, funesta ad littora pulsos
Deuorat, hunc habeas, hunc adamesq; tibi,
Talia sunt, Nymphas retulit que Phama marinas,
Multæ per alternas dicta dedisse uices,
Quid iam quid coecum non posse putemus amorem,
Te quoq; formosum si Polypheme facis

τέλος.

POLYPHEMI ET NEPTVNI
DIALOGVS, PARTIM EX

Luciano, partim ex Ho
mero desumptus,
per eum
dem



Rbatus charo Polyphemus lumine
quondam,
Dū cuncta intenebras sentit abis-
se nigras,
Littus, oues, fese, montem, mare, de-
niq; flamas,

Ipsaq; Luciferi plaustra corusca Dei,
Flebilis obscuratitubans errabat in ethna:
Incusans homines, sydera, fata, Deos,
Annosam donec pinuus tullure reuelliit,
Ad mare uicimum qua duce tentat iter,
Iamq; propinquat, ex id madido pede deniq; sentit,
Hic oculum liquidis, sanguine purgat, aquis,
Murmura Neptunus cum forte in fluctibus imis
Audijt, ex moto protulit amne caput,
At nero extincto natum dum lumine cernit,
Exclamans genitor littora dira petit,
Protinus agnoscens Polyphemus uoce parentem,
Sic fuit

POLYPHEMI ET NEPTVNI

Sic sua cum gemitu tristia fata refert.

POLY.

O mihi nequicq; pater, o mihi sepe uocate,
Hospite ab infando que modo damna tulit
Qui mihi fallacis propinans munera Bacchi:
Præripuit sensus præripuitq; pedes,
Donec in obscuris posita ceruice cauernis
Prostratus, sommo languida membra dedi,
Hic me crudelis uina inter iniqua sepultum
Furit adit, ex lumen hei mihi uecte dolat.

NEPTV. Quis uero tales potuit qui sumere poenas?

Quis nam ausus tanq; est o Polypheme nephae?

POLY.

Esse sibi nomen, Nemo, mihi dicere primum,
Ait ubi cœruleas nauem secabat aquas:
Iamq; procul nostris feritur securus ab oris:
Et nullos arcus, spicula nulla timet,
Tum demum insultans ter se iactauit Ulyssens
Et dedit hæc nostris ultima dicta malis,
Siccline debueras socios o perfide Cyclops,
Dentibus imbellis dilacerasse uiris
Si neq; nos, neq; mortales scelerate timebas,
Debueras superos at metuisse deos,
Debueras metuisse louem, qui cuncta uidebat,
Qui fauet hospitibus tempus in omne suis,
Ergo oculus torua fluidus tibi fronde putrefact
Aut fieri coruus forsitan esca nigris,
Sic meruit lufisse louem Neptunie, nunc i.

Crede

POLYPHEMI ET NEPTVNI

Crede tuum quidq; p̄e loue posse patrem.
Talia dum iactat magno temerarius ausu,
Improperatq; eadem non semel ille mibi,
Ira subit mentem, partemq; cacuminis alti
Abstrabo, in extremis ultima tela malis,
Et cum te genitor supplex in uota uocassim,
Ut regeres uenis pondera missa tuis,
Ad sonitum uocis corpusq; ex brachia torquens,
Mandauit rapidis saxe et tela noris
Arrectusq; diu stabam, post tempora longa,
Cum dedit ingentem gleba relapsa sonum,
Et quantum audire è tremulorum uoce licebat,

Naucm sub tunidas pondas agebat aquas.

Iam scio quem dicas, num irum Ithacensis ille est:

Qui modo ab Iliaca nauigat urbe domum,
Sed quinam potuit, quinam hoc est ausus Ulysses,
Iam pridem timidum quem nubi phama refert?

Iam saturis ouibus, uiridantia prata relinquens,

Ducebam niueum post mea terga gregem,
More meoq; ibam nota heu iam pronus in antra,

Conscia tam miseri non prius antra mali,
Cum subito apparet multorum turba uirorum,

Quid nisi diuitijs infidiata meis?

Hic ego mox aditum ne quisquam euadere posset

Claudebam: tacita gaudia mente souens,

Namq; mihi tales olim seruatur in usus.

NEPTV.

POLY.

Maxima

POLYPHEMI ET NEPTUNI

Maxima non ullis petra mouenda uiris,
Deinde ornatum flammis durum crepitaneibus uro,
Aethna reuertenti quem mihi forte dabant,
Tum uero metuens tentati conscientia fuit
Visa sibi est latebras querere turba nocens.
Corripui quosdam nam quidni: nempe latrones,
Et data sunt stomacho corpora pauc a meo,
Quicq; sibi nostras praedam Neptune futuras
Crediderant pecudes, praeda fuere mihi,
Primus hic, seu Nemo fuit, seu durus Ulysses,
Coepit uerfatos mente agitare dolos,
Et mihi nigrantis falsa sub imagine uini,
Nescio quae misero pharmaca mixta dedit,
Pharmaca grata quidem, fragrantia dulcia, ueru
Opater insidijs pharmaca plena malis,
Vix summo tetigi labro, et iam cuncta rotabant,
Imaq; pars aneri uisa suprema fuit,
Quid multis solita spoliata mente iacebat
Corpus, et exanimis iam mihi uisus eram
Cum uolueret stygijs allapsus somnus ad undis:
Percusit ramo tempus utrumq; suo,
Non procul a multra uiridis mihi forte iacebat
Nuper in exitium clausa resecta meum,
Hanc illi incident, minima sibi parte retenta
Atq; acuunt magna sedulitate simul,
Mox etiam uedem flammæ inuolueret relicta,
Et penitus

POLYPHEMI ET NEPTUNI

Et penitus nobis ignea tela parant,
Sic illi ignitā multo molimine sudem

Intorquent oculo tercū; quaterq; meo
Donec inaudito stipitis stridore praestis
Excitus manibus tela reuello meis,
Sic tibi sic genitor nimis tempore ab illo
Lunatice priuatum iam Polyphemon habes.

O q̄lætheus penitus tua pectora somnus

Presserat ut tales dum struit ille dolos:
Dum uectem magno molimine circumuobis,
Dumq; in summo aculi cortice totus erat:
Non uel tum somno fuerit turbatus ab alto,
Iam tulerat cæptis premia digna suis,
Quamq; non video, quo pacto euascerit encrum,
Impius, & dentes o Polyphemus tuos,
Non etenim immanem petram ille removit opinor
Quam memini uires exuperare meas.

Ipse ego seu demens, seu sic mea fata uolebant,

A moui inuitis pondera uasta Deis
Sic ratus, ut nostras cupiens exire cauernas,
Incideret digitis obvia preda meis,
Ergo fores iuxta manibus uenabar apertis
Heu non auspicijs Delia magna tuis;
Interea pecudes nullo pastore vagantes:
Carpere per ualles pabula grata fino,
Sic heu sic dicens, Arius mea prima uoluptas

NEPTV.

POLY.

Tu sub-

• POLYPHEMI ET NEPTVNI.

Tu sub eas domini munia nota tui.

NEPTV. Mirum ni pecoris latitans sub uellere denso:

Illusit cæco turba dolosa uiro,

At tu debueras si dos uocitasse sodales,

Quos alios centum littora curua tenent.

POLY. Sic feci, et notis subito clamoribus acta:

Venit in auxilium turba parata meum,

At postq; insidias quisquam struxisset iniquas:

Et cuperent tanti nomina nosse uiri,

Atq; ego dixisse, Nemo mihi talia struxit,

Nemo fuit, Nemo, qui mala tanta dedit,

Correptum insolito misserum rataturba furore:

Illusit nostris insuper ipsa malis,

Atq; abiit, fratremq; suum male liquit inultū,

Nomine sic lusit me pater ille suo.

Et male præ cunctis quod adhuc præcordia mordet,

Vt tenuit medias iam sceleratus aquas,

Multa mibi improporans, hoc inter cætera dixit:

Non te sanabit uel pater ipse tuus.

NEPTV. Forti animo fac gnate feras, ego lumen ademptione

Quamvis non iterum restituisse quo,

Vel seruare tamen pelago uel perdere nantes.

Arbitrium faxo me penes esse sciat,

Sic questum quondam gnatum spaciofa uetus as,

Tradidit, et contra sic retulisse patrem


Qui talis, qui tamus erat, qui mersit in alnum

Efferu

POLYPHEMI ET NEPTVNI.

Efferus omnigenum milia multa virum
Qui gnatus Neptune tuus, qui deniq; ceneum
Fratribus indomitis sexuor unus erat,
Non potuit superare dolos unius Vlyssis,
Non potuit vires uincere Bacche tuas.

τέλος.



TRAGOE.

DIA LVCIANI CVI TL.

TVLVS EST, PODAGRA

à quodam græce latineq; crud
to, uerbis redditia.

Loquitur Podagricus. Trimetri
lambici.



Triste nomen, o dijs odibile.

Podagra, lachrymosa, Cocyto sata,
Intartari specubus opacis ædita,
Erynnis utero quā Megæra suo tulit
Et uberibus aluit: cuiq; parvula

Amaridentæ in os lac Alecto dedit,
Ergo quis abominabilem te demonum
Produxit in lucem exitio mortalibus?

Quod si lumen errata manes mortui,
Si luce commissi rationem nox petit,
Nec Tantalus siti, nec Ixion rota
Volubilis, nec Styphus onere lapidis
Cruciandus, in Stygi fuit Ditis domo,
Tuis sed omnes omnium scelerum reos
Aptare decuit membrifragis cruciatibus.

Vt corpus affectum & fatigatum meum
Manibus ab extremis, ad infimas pedum
Plantas, sanie tetra fluenteq; felicea
Per membra, biles, & impetuoso flamine,

TRAGOEDIA

Suis ubiq; stringitur meatibus
Porisq; clausum me premit doloribus;
Per ipsa currit ignea pestis viscera,
Carnemq; uorticibus populatur ignium,
Actne uelut Crater facibus ex estuans.
Aut sacula uallis aequorearum rupium,
Aestibus incuolubilibus, ubi fluctuans
Simuosa ruinas unda scopuloriam ferit,

O omnium mortalium opinionibus,
Incogitabile malum, ut omnes perdite
Quicunq; usna spe stolidi, te leniter
Mulcere medicariq; cupimus, fallimur.

CHORVS Dimetri catalectic ones.

Iuga Dindymi Cybeles
Phryges ululante uoce,
Tentro frequentare Attis
Solent, Modisq; Sistri
Phrygij, Super iuga Tmolē
Comon celebrare Lydi.
Et perciti furore
Resonat suis in armis
Euancis orgia, rythmis
Cretensibus, Corybantes.
Clangit quoq; tuba duro
Marti, modulans tumultus
Depressa bellicosos,

Sed nos

PODAGRAE.

Sed nos tui Podagra
Mystæ tibi sacramus
Ineunte uere,luctus,
Vbi graminifera pastus
Herbis uirere prata,
Et in arboribus tenelle
Zephyro reflante frondes
Incepert uigere,
Male nuptaq; cum per ædes
Hominum strepens hirundo,
Nocturna pérq; lucos
Ityn gemit,quæ relis
Vbi tristibus philomena

Venit tæ
pus aptæ
Podagra
Cels libri
iiiij. Capit
xxiiij.

PODAGRICVS Trinacri Lambki.

O ægritudinis opifer ex comes meæ.
O tertij gerens Bacule uicem pedis,
Tremulū mihi suffulcias oro gradum,
Iterq; dirigas, leuia ex uestigia
Firmes pedum, posimi ut initi solo.
Age miser ex stratis, tua membra corripe,
Et culmen ædium relinque, umbratile,
Nigramq; ab oculis excutiens caliginem.
Prodi foras, ex ad rutilum solis iubar
Auram serenam spiritu loeto trahe,
Ter quimq; præteriere munc solidi dies,
A sole cum procul in tenebris abditis

D.ij.

Ins.

TRAGOE DIA,

Incomposito in lecto cubans distorqueor.

Adest animus, adest uoluntas sepius

Vt in pedes me conijcam, foras petens,

Sed corpus imbecille uota deserit.

At enim propera mea mens, quoniam te non latet

Egena uita podagrici, qui cum uelit,

Obambulare non queat, uiuentium

Hunc exime numero, ex refer inter mortuos,

Sed cia.

At qui uenient hic qui baculos manibus mouent?

Capita coronati folijs sunt Actae,

Cuiusue demonum celebrant festum chorum?

An Phoebe Pæan numen extollunt tuq;

At Delphica nulla tingit illos laurea.

Aut tum canitur laus aliqua bacchanalium?

Sed non adest signum comis hederaceum.

Age qui uel unde nam uenitis hospites.

Exponite nobis, uerag; fateamini.

Et quam deam celebretis amici dicite.

At tu quis es, uel unde nos interrogas?

Vt enim baculus gressusq; nobis indicant,

Mysten uideamus insuperabilis deæ.

Vnus quidem ex ego, sum deam non dedecens

CHORVS.

Dimetri, partim cataleptici, partim acataleptici.

Generem sacra deam Cypri

Ex aibe

PODAGRAE

Ex aetheris ortam semine
Nutriunt in equoreis aquis
Nereus decentem fabricam,
Iunoq; coniunx et soror
Tonantis ulnas candida.
Apud Oceanis fontes, usq;
In sinibus, educata
Nutrice fuit à Tetbyde.

Summoq; uertice cerebri
Est uirginis interritam
Enixus indolens pater
Cœlestium Saturnius,
Virtute claram Pallidem,
Sed hanc deam beatam
Primam cubitis Ophion senex
In delicatis protulit.
Cum defigit tenebrosa lux
Et orta lucifera fuit
Aurora, ubiq; lucidum
Solis, podagre tum simile
Apparuit potentia,
Te prodeuntem ex ilibus
Parce, statim Clotho abluit,
Totusq; risit aetheris
Fulgor, tonitusq; serenum
Cœlum, beatus at aluit
Hanc in papillis lacteis

D.ij.

Largus

TRAGOEDIA

Largus pater ipse Pluton.

PODAGRICVS ET CHORVS.

Sed qualibus sacris ministros excitat?
Nil cruoris ab ore ferri fundimus
Nec ulla seta de cervice uellitur,
Nec terga talis perstreput sonantibus,
Nec frusta crude pascimur carnis boum,
Cum uere tenuis ulmus auctu germinat,
Et infidet ranis loquacula merula,
Acta tunc mystis sagitta figitur
Per membra, clam, latens ex incima penetrans
Pedem, genu, cauosoq; nodos ossium,
Talosq; coxarumq; uertebra, foemora,
Manus, scapulae, et brachia, ex imis artuorum
Cauernulas tumidasq; digitorum bases,
Omnia uorat, depascitur, urit, occupat,
Inflamat, emollit, Dea donec iussit
Ausugere morbum, ex esse modum doloribus.

Ergo unus ex ego nescius licet, fui
Dea sacrata numine tali percitus,
Ergo benigna ueniat apparens dea
Similq; cum Mystis, ex ego hymnos ordiar
Solitum podagrericis modulaturus melos.

CHORVS Dimetri.

Tranquiller igitur ex sine
Ventis sit ether, Quilibet

Laudes

PODAGRAE.

Laudes canat Podagricus.
Enstrata diligens dea,
Suas ad aras aduenit
Baculo gradum suffulciens,
Salve deum mitissima
Tuosq; benigna respice
Letante lumine famulos,
Huiusq; ueris tempore
Paulum dolores mitiga.

PODAGRA Trincreti Iambici

Quis est hominum, cui non ego insuperabilis
Regina morborum Podagra nota sim
Quam nulla thura, nulla fumigatio,
Nec fusus apud aras crux, aut donaria
Suspensa templis diuitum placabilem
Reddunt? Nec ipse vincere summus omnium
Peon deorum medicus arte sua potest
Apollinis filius Aesculapius.
Ex quo siquidem mortalium fuit genus
Omnes meas retundere vires gestiunt
Omnemq; turbant pharmacorum industrias
Plantaginem terunt, aliquj; Semina
Foliaq; lactucarum, ex agreste peplion
Et marrubium, Amnicolamq; potamogetona
Alij Cnidas terunt, aliquj; Symphyton
Lentes alij de stercore lectos illiniunt

Soluere
nodosam
nescit me-
dicina po-
dagram.
Ouidius.

TRAGOEDIA

Hos, cotta pastinaca, foliaq; persica,
Hyoscyamus, papaver, ex bulbis iuuant,
Cortexq; pomi pumici, Malicorium,
Et psyllion, thus, hellebori radix, nitrum,
Et mixta uino telis, ex collamphacos,
Et gyrine, simulq; galla Cupressina,
Et panis hordeaceus, atq; brasice
Crude folia, gypsus gari liquamnis,
Et stercora sylvestris Capre, simus hominis,
Farina fabarum, flos quoq; lapidis Afij
Alij rubetas, quicq; uocamus aranci
Mures, lacertas atq; mustelas coquunt,
Ranas, hyenas, trage laphos, unipcular,
Cuius metalli non pericula siempta sunt?
Quis non probatus humor est mortalibus?
Aut cuius inexplicata lacryma est arboreum?
Animalium omnium, ossa, nerui, tergora,
Adeps, crux, medulla, lotum, merda, lac,
Bibunt alijs numero quaterno pharmacum
Alij per octo, perq; septem plurimi,
Alius bibens sacram, repurgari studet,
Aut carminibus animon adhibens illuditur,
Iudicus excantat facuum nactus alium,
Rufus alijs à fonte remedium petit
Sed omnibus illis nil nisi plorare impera,
Et sic facientibus uel irritantibus
Occurrere solco magis tracundior,

PODAGRAE.

Qui uero contra me nihil eius cogitant,
Illiſ facilem et tractabilem me prebeo.
Nam qui meis communicat mysterijs,
Primum quidem statim bona uerba dicere
Docetur, oblectareq; ſalibus et iocis,
Dictisq; facetis ſe ſalutantes ſolet.
Deinde cum geſtatuſ intrat balnea,
Fit riſiculus, fit et voluptas omnibus
Aten enim quam dixit Homeruſ illa ſum
Ego, per hominuon capita molliter ambulans,
Plantas pedum teneras habens ueruntamen
Plaeriq; me mortaliuum podagrum uocant,
Quoniam pedum captura ſum ποδῶν ἄγρα
Sed agite Myſte, qui mea colitis ſacra,
Celebrate laudibus inſuperabilem deam.

CHORVS Dimetri Aupæſtici.

O nympha ingenium adamantinum habens,
Multipotens, animo dea ualido,
Audi uota tuorum ſupplicum
Magna potentia, uis tua magna,
O Regima opulenta Podagra,
Quam Iouis horret pernix telum,
Quamq; profundus fluctus pelagi
Trepidant, Quam quoq; trepidat ſceptra
Qui gerit infera Stygius Pluton.
O gaudens nodis, lectigrada,

Cursus

TRAGOEDIA.

Cursiuētans talorum tortrix,
Calcicrematrix malchumitanga,
Ostremenda genufragapernox,
Articulos cruciandi cupida,
Curvigenusflexa potens Podagra.

Trinætri Iambici

PERSONÆ

Nuncius Podagra, Medici Tortoræ

Nuncius. Domina peropportuna te fers obuiam
Audi, neq; enim tibi nuncium fero friuolum
Sed socia uerbis ipsa res adiungitur
Nam ciuitates ut statueras undiq;
Lento pede uestigans, tibi scrutabar domos
Cunctas, ut aduerterem, Si quis tuam
Potentiam non debito more coleret.
Aliosq; tuarum ui manum sat repperi
Regina domitos, mente bona quiescere.
Isti sed audaces duo, confidentia
Preti sua, non desierunt dicere
Ac deicrare, vim tuam uenerabilem
Non esse, sed exortem uolunt mortalium
Te generis ac uitæ, Religans igitur pedes
Mox fascijs uehementer adproperas, dic
Iam deniq; quinta uenis, lassus itinere
Nam tota ferme duo stadia pertransij.

Quam subitus ades o nuncie uelociſſime!

Sed cu

PODAGRAE.

Sed cuius obsecro regionis terminos

Duros ex inuios reliqueris, explica

Clarèq; refer, ut celeritatem intelligam

Quinq; graduum scalas reliqui primitus,

Nuncius.

Tremulas quoq; luxatis trabium compagibus.

Deinde sternax me excipit mox area,

Duris renitens ad pedes impulsibus,

Quod iter ubi confeci grauibus uestigijs,

Stratam Silicibus ingrediebar semitam

Ituq; scrupulis acutis asperam,

Hinc incidens in lubricam ex planam uiam,

Dum propero progredi, solution retrabit

Calces male firmas illico caenam retro,

Qua transiunti liquidus ex membris mihi

Sudor fluebat, eger ut fessum gradus

Deficeret, Inde lassus omni corpore,

Latam quidem, ast tutam minus insisto uiam

Varijs ex hinc ex inde me ueticulis

Ut currerem cogentibus ex urgentibus,

Quare celeriter subleuans segnem pedem,

Transuerfus occursum fugiens, cessi loco,

Donec citis quadriga transiret rotis

Mystes enim tuus nequibam currere,

Non gratis haec recte tibi res gesta sit,

Pod.

Mi nuncies Tua namq; promptitudini

Parem rependam gratiam prelio pari.

Atq; hoc adeo gratum tibi sit premium,

Posthac

TRAGOEDIA

Posthac triennio semel modo lexes
Tentare te nostros dolores perferam.

Sed uos scelesti dijs ex inuisissimi,
Qui nam uel & quibus parentibus editi
Audentis obniti Podagræ potentie,
Cuius superare uim nequit Saturnius?
Heus dicte pessimi. Quoniam heroes ego
Quamplurimos domui, sapientes ut sciunt,

Heroes Priamus pede celer ille, canitur Podagricus.

Podagris Periit Achilles Podagricus ille pelei,
ci. Et bellerophontes Podagricus me pertulit,
Podagricus ex Thebanis erat dux Oedipus,
Et ex Pelopidis Podagricus erat Plesthenes,
Et filius parentis etiam podagricus,

Dux præfuit clasti, fuit ex alius celer
Dux Thessalorum, qui simul atq; prælio
Victus ceciderat Protesilaus, præfuit
Clasti, Podagricus licet ex æget foret.
Ithac & quoq; principem Lacertis filium
Vlysscm, ergo, non spuma necuit Trygonos.
Namque ergo gauisuri o calamitosissimi,
Poenam patiamini meritis uestris parem,

Med. Syri quidem genere Damasceni sumus,
Multa fame uero coacti et inopia,
Terræ ex mare peragramus errantes uagi,
Habemus autem quod pater ungentum dedit,
Per hoc mala consolamur ex grotantium.

Cedo

PODAGRAE.

Cede quod unguentum quis illius habitus?
Sacrum tacendi ius mihi iurandum datum
Me talia dicere tibi plane non sinit,
Nec ultimum morientis edictum patris
Qui ius sit hanc cælare nos uim pharmaci,
Quod sequentem te quoq; scit compescere.

Pod.
Med

An igitur o execrables, male perditi,
Ullius usquam tanta uis est pharmaci
Meam quod inunctum uim sciat compescere?
Sed sine paciscamur age tali fœdere,
Et experiamur an ne uirtus pharmaci
Futura sit superior an flammæ meæ,
Huc o secura, statim undiq; conuolantia
Tormenta præsides meæ uesaniae,
Ocyus adeste, Tuq; soleas infimas
Pedum sub ipsos usque digitos urito,
Tu calcibus insili, profundam tu riges
A fœmoribus ad genua tabem felicem,
At uos manuum repente flectite digitos.

Pod.

En imperata singula tibi facimus.
Iacent, misericq; clamitant grauissime,
Per omnia torti membra tuis complexibus

Tor.

Nunc agite o hospites uideamus optime
An illitum uos hoc muniet nunc pharmacum
Nam si palam aduersum fuerit illud mihi,
Mundum relinquens abditos terræ sinus,
Subibo, et infimos abyssos Tartari,

Pod.

Obscura

Med.

TRAGOEDIA,

Obscura & ignota omnibus mortalibus

En unximus, leuat neq; dolores tamen
 Heu prohdolor, heu tabesco miser atq; pereo
 Omnia populatur membra mea cæcum malum,
 Non Juppiter fert tale telum fulminis,
 Non ulla sic procella sequit æquoris,
 Non impetuosi tanta uis est turbinis,
 An asperos sustineo morsus Cerberis
 Num uirus Echidnae membra mea depascitur?
 Aut tunica sanie tintæ Ne*s*i sanguinis
 O dea miserere Nam neq; meum pharmacum
 Nec aliud inhibere poterit cursum tuum,
 Vixtrix, sed omnium omnibus es suffragijs.
 Desinite nunc tormenta, dolores cedite

Pod.

Mecum quia cepta litis illos paenitet,
 Et norit uerisqueq; me solam omnium
 Illachrymabilem & immedicabilem deam.

CHORVS

Hexametri μετροι & Auctestici
Dimetri.

Non uis Salmonei contendere cum tonitribus
 Ausa louis, poenas euadere salua potuit
 Verum animo repressa, repenteq; fulmen dei
 Fumu geru stygias detruditur ita sub aquas,
 Nec satyrus phœbo congressus Marsia tulit
 Inde uoluptatem, cum diripiit undiq; cutem,

Pythius

PODAGRAE.

Pythius illius, non premia grata referens
Litis habet memorem luctu quoq; facta Niobe
Namq; et adhuc lugēs Sipylum rigat uda lacrymis
Meonis ad lites Arachne quia Pallada uocat
Perdita, nunc scelus id testantia stamina plicat
Impar enim est diuorum affectibus humana uis.
Ut Iouis, ut Latone, ut Pallados, ut Pythij.
Mites ergo feras cruciatus atq; faciles
O celebris cunctisq; locis dea nota Podagra
Ferq; leues et acutos et breuiter noxios
Absq; dolore, nec intollerabiliter, bene suos
Quicquid finis, sint exiguumq; validi
Quiq; gradum non impedianc facientibus iter,
Multae sunt formae miserorum.
Sed Podagros soletur morbi
Exercitium et consuetudo.
Quare et quanimitate, nobiscum
O quotquot in hac estis nati,
Cruciatus ex animo ejscite.
Quod si que placeant non sunt
Et iter non placitis dij inueniunt
Quisquis es hic cui morbus grauis est
Te ludi riderique feras,
Nam haec huius ludi natura est.



Finivunt Dialogi Lucianici Antuer
piæ in officina Martini Cæsa
ris Anno. M. CCCCC.
XXX. post Epi
phanie.

S C R I P T